Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



202

enim nesciit differre quem conpuncto corde se senserit supplicare 7

Reuertatur propheta adinterrogationem suam quaerit contra facinus tam inmanissimum quale remedium sibi crederet esse prestandum sed ne tardaret xpi auxilium medicina sequitur postulatu uersu sequenti 7

Heu sermo dolentis est quam querelam scos habuisse nondubium est 7 Incolatus sigt peregrinationem 7 Incola est qui adtempus terram alienam colit et apatria sua longe disiunctus est 7 illos sig quorum conuersatio incaelis est 7 Cedar ebreum interptatur tenebre sigt psentem mundum quo malitia regnat et amatores ipsius tenebrosis actib inuoluti 7 multum incola fuit quia scorum mens hic incolatum patet ubi sub nullo gaudio habitare cognoscat 7

Canticum adscientiam pertinet 7 Graduum uo adactionem 7 Ille enim bene ambulat quiet cantat cum scientia et profectione gradum idest ecclesiastico operatione gradiatur 7

audiuit me 7
Ne libera animam meam alabiis iniquis & alingua dolosa 7
Quid detur tibi aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam 7
Sagittae potentes acutae cum carbonibus desolatoriis 7
Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est habitaui cum habitantib cedar multum incola fuit anima mea 7
Cum his qui oderant pacem eram pacificus cum loquebar illis impugnabant me gratis: 7

CANT GRAD 7 Propheta ad scorum merita oculos eleuans petit eorum adiuuari precib ne mens ei hostili impugnatione succumbat indubitanter sibi pmittens qd se uniuersi postulare cognoscat 7

Petit se liberari propheta unde humanum genus corruit 7 Nam cum uenisset serpens ad euam dixit perlabia iniqua cur non manducetis de hoc ligno? Cum illa respondit adeo fuisse phibitum aut perlinguam dolosam 7 manducate et eritis sicut dii 7

Ecce illud remedium inuenit quod labia iniqua distruhat 7 Sagittae potentes uerba sunt diuinae legis quib corda aduersantium uelut quibusdam iaculis transforantur 7 Carbones desolatorii hoc est dignae compunctiones quae solitudinem faciunt peccatorum et purgant liuorem peccatorum 7

Ille enim odit pacem qui non amat xpm 7 Eram pacificus cum pacis scilicet inimicis 7 illud implens euangelium Diligite inimicos uestros 7 loquebatur enim pacificus sed inpugnabatur gratis dum contentiones fallaces patiebatur inflammata iniquitate 7 gratis enim dicimus quod nullis culpis praecedentibus sustinemus 7